



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de**

**Lvgdvni, 1659**

XII. Practicæ resolutiones circa præfata.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**

55. Num *Demon causa peccati dici possit?* Maxime; quia humores humani corporis localiter moueri potest, eos applicando ea ratione, ut corpus alteretur, hominemque ad vitiosos motus impellat.

## CAPVT XII.

*Praxis circa materiam de Peccatis ex Doctoribus Societatis IESV.*

§. 1. 56. *Scis, mortale ex genere fieri veniale per accidens ex defectu deliberationis: rogo, an etiam possit fieri nec venialis culpa?* Potest. v. gr. ebrietas excusat ab omni peccato tali, ac in his, quæ insana mente fiunt, iniuriosa quidem, ac proxime veniali quæ mente sana, peccata essent. Item blasphemia, infidelitas, periurium in ebrio, &c. Sic *Vasquez tom. 2. d. 227. cap. 3. n. 11.* Quid si hec omnia gerenda in ebrietate, prauideantur? Non excusari *Sanchez* asseruit *sum. tom. 1. lib. 1. cap. 16. num. 44.* quia sunt voluntaria in causa.

57. *Scis etiam, veniale ex genere fieri possit per accidens mortale ratione circumstantiarum, vel ratione conscientie emene, de quo supra: rogo, an ex numero venialium insurgat mortale: unde si (v. gr.) per impossibile quis omnia peccata venialia committeret, culpam leuem excederet?* Negatiuè respondeo *Granado 1. 2. cont. 6. tract. 2. d. 2. sect. 7. docente, volentem vno actu omnia venialia peccata perpetrare, solum venialiter delinquere. Porro Sanchez citat. cap. 5. num. 4. asseruit peccare mortaliter, ratione periculi, quo se exponere, omnes dispositiones peccati mortalis admittendo. Sed respondeo omnes hasce dispositiones in essentia dispositionum contineri, non transire in mortale.*

§. 2. 58. *Scio cooperari peccato alterius, peccatum esse; et qui concurrat ut causa remota, à peccato excusari: rogo, an quis dicatur proximè peccato cooperasse, dum commodat (v. gr.) cubiculum amico fornicaturo, ut magnum incommodum euitari possit?* Negatiuè respondeo ex Doctorum meorum mente; quia talis commodatio cubiculi ex se est indifferens, & sola abutentis voluntate vitatur.

59. *Cooperaturque proximè peccato famulus, qui domini heri concubinam conducit? Non cooperatur ex sententia Palati tom. 1. tract. 6. d. 6. part. 11. si adsit aliquod graue, & proportionatum damnum; quia iam supponitur, inter herum, & concubinam*

cubinam contentum esse crimen: conductio verò illa indifferens est. At Layman. lib. 2. tract. 3. cap. 13. num. 15. permit- Laym.  
tens famulo, fœminam per ianuam intromittere, facem præ-  
ferre, lectum sternere, &c. prohibet à domo illam euocare, &  
per plateas conducere; quia verè talis actio geri potest sine  
aliqua ad peccatum inductione, quamuis illa parata sit.

60. An possit famulus concursum physicum adhibere, v. gr. ferendo concubinam in sella, aut curru? Non potest (inquit Sanchez summ. tom. 1. lib. 1. cap. 7. num. 25.) ratione solius fa- Sanch.  
mulatus, sed requiritur aliquod seruorum damnum notabile.  
At ex aliorum sententia auriga deferens concubinam eò, vbi  
scit peccaturam, non peccat, ne lucrum amittat.

61. Potest ne famulus aliquando cooperari proximè peccato domini sui, v. gr. sustinendo pedes, vel scalam ascendenti per fenestram in domum meretricis? Potest, si ei imminet aliquod damnum, v. gr. si dominus sit illum expulsurus, & sic cogendus mendicare, vel penuriam pati, præcipuè cum non inueniat alium dominum, qui eadem non petat obsequia: dummodò actio sit indifferens, & ex prauo domini animo in malum finem ordinata, vt est illa ascendenti domum, aut dicere nomine heri concubinæ: Dominus dicit, vt hac nocte expectes, aut in domum accedas, aut signare locum, vbi sit concubina. Sic Palaus tom. 1. tract. 6. d. 6. part. 1. num. 5. Porro omnes Pal.  
hæc actiones Hurtadius 2. 2. d. 10. diffi. 9. solius utilitatis ra- Hurt.  
tione excusat.

62. Potest ne famulus scribere, ac deferre literas amatorias? Subdubitans dicit licere Palaus, ad euitandum aliquod gra- Palao.  
ue damnum; quia non est intrinsecè malum, si ab scribente,  
& deferente malus finis absit; possunt enim scribi talia amatoria verba non serio, sed inisoriè, &c. At Sanchez citat. Sanch.  
num. 26. putat probabilius huiusmodi scriptionem, ac delationem esse malam intrinsecè. Quid si litera solum indicant concubina nocturnum (v. gr.) aduentum? Possunt scribi, ac deferri; quia illa verba indifferentia sunt.

63. Licet ne pictori imaginem concubina pingere amissio? Vrgente grauissima causa licet; quia indifferens actio. Palaus part. 12. num. 6. Scio Azorium tom. 2. lib. 12. cap. ultim. Azor.  
ques. 9. contrarium asseruisse. Quanam causa grauissima reputanda? Non amissio lucri, sed mortis, aut vulneris metus.

64. Excusantur ne Christiani captiui in triremibus Turcarum propugnacula edificantes, sarcinas, & arma necessaria ad bellum contra Christianos afferentes? Metu verborum excusantur,

Sanch.

fantur; quia talis cooperatio non est adeò propinqua, vt sine illa damnum non inferretur. At si res eò deuenisset, vt Christiani, captiuorum opera, vincendi essent, tenerentur propriam vitam bono communi postponere. Sanchez *sum. tom. 1. lib. 1. ca. 7. n. 18.*

Conin.

65. Licet ne captiuus in terras Christianorum descendens ex mortis metu damnum illis inferre in bonis externis crimando, furando, & ad triremes cogendo? Negat Coninch. 2. 2. d. 31. dub. 7. num. 104. sed Palaus asserit licere, quia licitum est, ad vitandam extremam necessitatem propriam, rebus temporalibus alienis uti; in tali enim casu dominus irrationabiliter esset inuitus. Scio Magistrum propinquum meum

Médoz.

Petrum Hurtado de Mendoza 2. 2. d. 76. sect. 3. §. 114. limitationem hanc apposuisse: Nisi Christiani essent in eadem necessitate.

Conin.

66. Licet ne metu mortis pingere, aut fabricare idolum gentili? Negat Coninch 2. 2. d. 18. dub. 13. num. 213. sed affirmat

Pal.

Castro Pal. tom. 1. tract. 6. n. 7. si non postulatur talis pictura, aut effictio in Religionis contemptum; quia non est aliàs intrinsecè mala.

Valent.

67. Licet ne ex metu mortis vendere furi instrumenta, quibus alterius seras effringat, & gladium parato homini occidere? Licet; quia venditio illa ex se, & prout proficiscitur à vendente fieri solum censetur, vt medium præsens periculum euadendi, non in honorem, aut cultum falsæ Religionis.

Tanner.

Valentia tom. 3. d. 1. q. 10. part. 6. & Tannerus tom. 3. d. 1. q. 9. dub. 5. num. 144.

Sanch.

68. An possint ministrari indifferentia aliàs præceptum transgressuro? Excusat Sanchez num. 16. generaliter huiusmodi rerum ministratores, si non sint ita proximè res ordinatæ ad peccatum, vt per se meritò sint malæ censendæ. Repugnat Suarius de Char. d. 10. sect. 3. num. 2. quia quod alius sit abusus non tollit concursum alterius, qui ministrat. Unde non obstat, quod quis aliàs sit Cœnaturus in die ieiunij, quin tu pecces Cœnam ministrando. In materia de scandalo plura.

Suar.

69. Vtendænam agnosci possit, an in transgressione alicuius præcepti detur materia leuitas? Profecèd Baldellus tom. 1. lib. 3. d. 14. num. 13. hanc regulam tradidit: si ex ratione obiecti per se prima oritur notabilis oppositio ad virtutem versantem circa illud, in tali obiecto leuitas materiæ non datur. Si autem ex ratione obiecti prima oritur oppositio ad virtutem neque grauis, neque leuis, ita vt fiat deinde grauis ex ratione obiecti

Bald.

De ma-

teria le-

ui.

Bald.

69. Vtendænam agnosci possit, an in transgressione alicuius præcepti detur materia leuitas? Profecèd Baldellus tom. 1. lib. 3. d. 14. num. 13. hanc regulam tradidit: si ex ratione obiecti per se prima oritur notabilis oppositio ad virtutem versantem circa illud, in tali obiecto leuitas materiæ non datur. Si autem ex ratione obiecti prima oritur oppositio ad virtutem neque grauis, neque leuis, ita vt fiat deinde grauis ex ratione obiecti

obiecti per se secunda: tunc dabitur materiae leuitas, & leuis culpa. v.g. quia in furto ratio per se prima est, quod res, quae accipitur, sit aliena; & ex hoc furtum habet, solum esse malum vt sic, non autem notabiliter, id quod habet solum ex eo, quod res aliena notabilis sit: ideo furtum erit grauis, vel leuis culpa iuxta rei acceptae magnitudinem, aut paruitatem. Contra vero, quia in materia infidelitatis ratio per se prima est, quod abnegetur fides Deo aliquid reuelanti, quod ex se habet notabilem oppositionem ad virtutem fidei; ideo in peccato infidelitatis non datur materia, & culpa leuis. Porro *Castro Palus tom. 1. tract. 2. d. 2. p. 7. num. 2.* edocet ex Pal. Ecclesiae & fidelium sensu id desumendum, qui quidem sensus in ipsarum rerum natura fundatur. Aliqua enim ita sunt ex natura sua inordinata, vt in quauis materia reputentur grauisima; v.g. idololatria, Simonia, infidelitate. Aliqua ita leuia, vt, nisi aliqua circumstantia accedat, semper leuia reputentur; vt verbum otiosum, scurrilitas &c. Alia denique ex natura sua mala quidem, sed nec graua, nec leuia; crescentia tamen, & decrefcentia iuxta materiae quantitatem. v.g. furtum.

70. *Coalescunt ne plures materiae leues in vnam grauem, ita vt in omnibus delinquere, sit mortale?* Si plures illae materiae ad diuersa praecipua etiam simul tempore implenda pertineant, non coalescunt. v.g. Clericus in die festo, in quo ieiunium incidit, parum laborat, parum interdum comedit, modicum de Officio diuino recitare, & de Missa audire omittit vnum mortale, sed plura venialia. *Sanchez in sum. tom. 1. lib. 1. Sanch. c. 4. p. 16.*

71. *Vouit quis, vna die orare, sacrum audire, eleemosynam exhibere; ex singulis tamen modicum emittit: peccat ne grauitate?* Asserit *Sanchez citatus*; quia plura vota eodem die obligantia, quamuis de diuersis materiis, vniam inducunt obligationem, quatenus omnia sub eadem ratione ad eandem Religionis virtutem pertinent. At *Suarus de Reli. lib. 5. cap. 5. numer. 11. p. 12.* negat; quia licet omnia vota eodem implenda sint die, & ad eandem Religionis virtutem pertineant; cum tamen missa sint in diuersorum Mysteriorum, aut Diuorum honorem, omnino disparata, & se habent, ac si diuersis diebus essent implenda. *Vouit quis singulis diebus B. Virginiae vnum Ave recitare, aut modicam eleemosynam largiri, coalescunt ne in vna illa materia?* Cum *Sanchez ubi sup. num. 14.* distinguo. Si vota illa alligata sunt diei, & diei honorem respiciunt: multis diebus Ave, aut

280 *Moralis Theologia Tract. II. Peccata,*  
 eleemosynam prætermittere, quæ simul sumpta fuisset mate-  
 ria notabilis, non coalescit in grauem materiam, ad culpam  
 grauem inducendam. At si vota non sint diei alligata, sed  
 dies præfigatur vt terminus, vltra quem obligatio differri  
 non debeat: tunc coalescunt. Ratio est, quia in priori casu,  
 cum votum alligatum sit diei, transacto die, expirat, & ideo  
 non potest cum aliis obligationibus vniri. At in posteriori,  
 obligatio voti, transacto die, non extinguitur, & ideo potest  
 vniri cum sequentibus.

Pal. 72. *Quandonam ergo censetur vouens alligare obligati-*  
*onem voti ad diem, & quando non?* Cum Palao tom. I. tract. 2.  
 d. 2. part. 9. §. 4. num. 9. respondeo: quando in singulis diebus  
 est diuersum motiuum, tunc votum intelligitur diei alligari;  
 secus vbi idem est motiuum. Porro in votis personalibus  
 semper obligatio diei alligata censetur, in realibus  
 minimè.



## EXAMEN II.

Circa materiam de septem Peccatis  
 Capitalibus.

CAPVT PRIMVM.

*De Superbia.*

§. I.  
 Superbia.

1.



*Quoniam vulgò capitalia crimina numerantur: Se-*  
*ptem, scilicet Superbia, Auaritia, Luxuria, Ira,*  
*Gula, Inuidia, Acedia.*

2. *Quare peccata hæc Capitalia vocitantur?*  
 Quoniam ab his omnia mortalia crimina exoriuntur.

3. *Sunt ne semper mortalia?* Minimè, sed quando simul ali-  
 quod præceptum Decalogi, aut Ecclesiæ in re graui violatur.  
 Appellantur autem mortalia, quia mortalium radices.

4. *Quidnam Superbia?* Est appetitus propriæ celsitudinis  
 peruersè voluntarius. Actus autem proprius huius appetitus  
 est sua minora bona naturalia vel supernaturalia bonis natu-  
 ralibus, aut supernaturalibus proximi præponere.

5. *Quandonam appetitus hic grauius vulnerat conscien-*  
*tiam?* Quando cum Dei contemptu copulatur, & tunc om-  
 nium peccatorum superat grauitatem. Cum autem non hæret  
 Dei,